

§. V.

Qualis est quidditas, talis etiam sequitur proprietas vere summa, vere divina, unde titulus notat primo **Axioma primitatis**, quod Prot-Evangelium sit **primum salutiferae Christologias Compendium**, (a) qvia primum ex arcana divinorum decretorum de salute peccatorum per divinam manifestationem prodiit. (b) Qvia primum ex salutifera sapientia divinæ veritatis ad miseris peccatores transiit.. (c) Qvia primis peccatoribus Protoplastis Adamo & Evæ per divinam gratiam contigit. (d) Quia statim post lapsum ad peccatorum erectionem & consolationem per divinam misericordiam est manifestatum.. (e) Per dictaturam primam ab auctore salutis Deo gloriose, **Compendium hoc Christologias salutiferæ primis hominibus, & omnibus eorum posteris est publicatum**, ut inde cunctis miseris peccatoribus hoc mysterium salutis innotesceret, & per salutiferam gratiam perpetuam inter damnados peccatores περὶ Χριστοῦ & χενῶν inveniret.. (f) Quia primum in Scriptura divina vere prima vel antiquissima, Gen. III. v. 15. locum obtinuit.. (g) Quia nullum Christologiæ salutiferæ **Compendium in toto Codice Scripturarum ante Prot-Evangelium invenitur**, & si sic optimo jure hoc primum salutiferæ Christologias juxta divinam veritatem & voluntatem est & dicitur.

§. VI.

Secundo **Axioma primitive veritatis, sinceritatis, puritatis & auctoritatis**, dum in titulo, **Compendium primitivum** appellatur, tum propter **divinum ortum**, qvia primum ex divina decretorum æternorum mentis & voluntatis divinæ tantum huic non autem alii **Compendio Christologico**